

Philo



kat.komp.  
59333  
III Mag. St. Dr.

Artemisius Raph. Casim: Quaestio physica de  
intellectu.

Typ

A  
N  
P



Quercus phrygiae de intellectu

Albrecht Bösch Lübeck

In Nomine Domini Amen.

Q V Æ S T I O  
P H Y S I C A ,  
D E I N T E L L E C T V .

*Ex Libro Tertio Aristotelis de Anima,* 59333  
S V B F E L I C I S S I M I S A V S P I C I I S , & P E R M I S S V ,  
*Magnifici, Perillustris & Admodum Reuerendi Domini,*

D . M . S I M O N I S  
S T A N I S L A I  
M A K O W S K I ,

S. Theol: Doctoris & Professoris, Collegæ  
Maioris, Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani Custodis, Curati Na-  
siehouicen: Contubernij Hierotolymitani Prouisoris,

S. R: M. Secretarij,

Almæ Vniuersitatis Cracouiensis  
Generalis & Vigilantissimi

R E C T O R I S .

A M. R A P H A E L E C A S I M I R O A R T E N S K I ,  
Phil: Doctore, Collegij Minoris Ordinario Eloquentiæ Professore,

Pro Loco in Collegio Maiori obtinendo,  
Publicè ad disputandum ,

P R O P O S I T A .

In Lectorio D. D. Theologorum.

A N N O D O M I N I , 1682 . Die 14 Aprilis . hora 12 .



C R A C O V I A E , cc .

Typis Francisci Cezary , S. R. M. necnon Illustriss. & Reuerendiss.  
Episc: Crac: Ducis Seueriæ, Typogr.

# QVÆSTIO PHYSICA, De Intellectu.

V. Intellectus, cuius Obiectū adæquatum Extensionis, est Ens verum, Intensionis verò Quidditas materialis abstracta; Eliciens, concurrente Imaginatiua, Species Intelligibiles, easq; Intellectui Possibili imprimens; à quo dimanat Intellectio, vera Actio, distincta à speciebus Impressa & Expressa; realiter distinctus à Potentia volitiua; sit perfectior quàm Voluntas; necne?

## CONCLUSIO I.

Intellectus Obiectum adæquatum Extensionis, est Ens verum, Intensionis verò, est sola Quidditas materialis, ut abstracta à Conditionibus Individuantibus.

## COROLLARIA.

- I. Intellectus prius cognoscit Obiecta alia, quàm seipsum.
- II. Obiecta Materialia, prius cognoscuntur, Immaterialia verò posterius.
- III. Obiecta, ut sunt Tota Substantialia, primò cognosci, postea verò eorum partes aut differentias.
- IV. Accidentia prius cognoscuntur ab Intellectu, quàm substantialia.
- V. Posito aliquo impedimento ex parte potentiae vel ex parte Obiecti, Individua prius cognoscuntur sub uniuersaliore ratione, quàm sub specialiori.

CON-

## CONCLVSIO II.

Datur Intellectus Agens, eliciens, concurrente Imaginativa, Species Intelligibiles, easq; Intellectui Possibili imprimens.

### COROLLARIA.

- I. Quidquid hic de Intellectu dicitur, solum de humano, pro hoc statu, intelligendum esse.
- II. Intellectus Agens, est vis quædam Spiritualis in Anima, obtinens medium inter Imaginativam, & Intellectum Possibilem.
- III. Idem, non est aliquid separatum, sed est Potentia, Animæ humana inhærens, pro hoc statu.
- IV. Intellectus Agens, non intelligit, sed diuersi est Officij, ab Actu intelligendi.
- V. Possibilis Intellectus realiter distinguitur ab Agente.

## CONCLVSIO III.

Intellectio est vera Actio seu Operatio, distincta à specie Impressa & Expressa, seu verbo mentis.

### COROLLARIA.

- I. Intellectio, non est ullo modo qualitas.
- II. Intellectio & sensatio interna, parum conueniunt, sed nimis discrepant.
- III. Species, de quibus hic dicitur, non sunt intelligenda Logice, sed Physice.
- IV. Species Intelligibiles sic acceptæ, sunt Principia Instrumentaria Operationis intelligendi.
- V. Species Expressa, est Terminus intrinsecus Intellectionis.

## CONCLVSIO IV.

Intellectus, distincta Animæ Rationalis potentia à voluntate, est perfectior, quam voluntas.

COROL-

## COROLLARIA.

- I. *Perfectio Intellectus maior quam voluntatis, est maior simpliciter & absolutè.*
- II. *Voluntas, nisi illuminata fuerit ab Intellectu, non potest esse Causa totalis suarum Actionum.*
- III. *Licet voluntas subordinetur Intellectui, non tamen exinde patitur aliquod sua libertatis detrimentum.*
- IV. *Quemadmodum per Actum Intellectus, producitur verbum mentis, ita & per Actum voluntatis, producitur internus aliquis terminus.*
- V. *Omnino repugnat, dari substantiam Intellectualem, quæ non sit simul volitiua.*



**S**ceptra duo, Crucis in formam coniuncta, Coronæ Fulcra vides: sed in his, mente videnda latent. Est Virtus Pallasque decus, Regniq; columna; Hostes aduersus, robore tuta Crucis.

Deo Vni Trinoq; Opt: Max: Honor & Gloria, Sanctissimæ Deiparæ Virgini Mariæ Immaculatè conceptæ, Cultus & Veneratio, Sanctis Omnibus, præcipue Sancto Ioanni Cantio, cæterisq; Regni & Vniuersitatis nostræ Patronis, deuotæ mentis Victima.



— 66 —

— 66 —

Biblioteka Jagiellońska



stan0025971

